



**Divi Thomae Aquinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impressionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum sit peccatum morttale.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

## Q V A E S T . X L I I I .

A R T I C . I I I . E T I I I .

**D**um de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionalis, quia scilicet necessitas est praescrita, vel prænuntiata a Deo eueniens, si tamen coniunctum accipiat ut in 1. lib. \* dictum est: uel necessitas est eueniens scandala necessitate finis, quia utilia sunt ad hoc, ut qui probati sunt, manifesti fiant: uel necessitas est eueniens scandala secundum conditionem hominum, qui sibi a peccatis non cauunt. Sicut si aliquis medicus uidentes aliquos indebita dicta utentes, dicat, Necesse est tales infirmari, quod intelligendum est sub hac conditio ne, si diatam non mutent. Et similiter necessitas est eueniens scandala, si homines conuersationem malam non mutent.

**A**D SECUNDUM Dicendum, quod scandalum ibi largè ponitur pro qualibet impedimento. Volebat enim Petrus Christi passionem impeditre, quodam pietatis affectu motus ad Christum.

**A**D TERTIUM Dicendum, quod nullus impingit spiritualiter, nisi retardetur aliqualiter a processu in via Dei, quod fit solum per peccatum ueniale.

### A R T I C U L U S I I I .

Vtrum scandalum sit speciale peccatum.

**A**D TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod scandalum non sit speciale peccatum. Scandalum non est dictum, uel factum minus rectum: sed omne peccatum est huiusmodi: ergo omne peccatum est scandalum. non ergo scandalum est speciale peccatum. ¶ 2. Præt. Omne speciale peccatum, siue omnis species iniuritiae inuenitur separatum ab aliis, ut dicitur in 5. Eth. \* sed scandalum non inuenitur separatum ab aliis peccatis: ergo scandalum non est speciale peccatum. ¶ 3. Præt. Omne speciale peccatum constitutum secundum aliquid, quod dat speciem morali actui: sed ratio scandalis constituitur per hoc, quod cor aliis peccatur in manifesto autem peccare, et si sit circunstantia aggravans, non uidetur constituere peccati speciem: ergo scandalum non est speciale peccatum.

**S**E D C O N T R A . Speciali iuritiui speciale peccatum opponitur: sed scandalum opponitur speciali iuritiui charitatis, dicitur enim Rom. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas: ergo scandalum est speciale peccatum.

**R**E S P O N S U M . Dicendum, quod sicut supra dictum est, \* duplex est scandalum, actuum, & passuum. Passuum quidem scandalum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto, uel facto alterius aliquem ruere contingit secundum quodcumq. genus peccati: nec hoc ipsum, quod est occasionem peccandi sumere ex dicto vel facto alterius, speciale rationem peccati constituit, quia non importat specialem deformitatem speciali iuritiui oppositam. Scandalum autem actuum potest accipi dupliciter, per se scilicet & per accidens. Per accidens quidem, quando est preter intentionem agentis: ut puta, cum aliquis facto suo, vel verbo in ordinato non intendit alteri dare occasionem ruinæ, sed solum suę satisfacere uoluntati. Et sic etiam scandalum actuum non est speciale peccatum, quia quod est per accidens, non constituit speciem. Per se autem est actuum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, uel facto intendit alium trahere ad peccandum, & sic ex intentione specialis finis fortiter rationem specialis peccati. Finis enim dat speciem in moralibus, ut dictum est \* supra. Vnde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium, propter speciale nocumentum proximi, quod intenditur: ita etiam scandalum est speciale peccatum.

**F**tum propter hoc, quod intendit impinguare nocumentum, & opponitur dicendum, si fratres, & quod articulus specialis non.

**A**D PRIMUM ergo dicendum, quod scandalum potest materialiter habere actuum: sed formalem rationem spectare habere ex intentione finis, ut dictum est.

**A**D SECUNDUM dicendum, quod scandalum potest inueniri separatum ab alio, puta, cum aliquis proximum scandalum de non est peccatum, sed habet speciem.

**A**D TERTIUM dicendum, quod scandalum habet rationem specialis peccati ex presentia, sed ex intentione finis, ut dictum est.

### A R T I C U L U S I I I .

Vtrum scandalum sit peccatum mortale.

**A**D QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod scandalum sit peccatum mortale. Omne quod contrariatur charitati, est peccatum: ut supra dictum est: \* sed scandalum contrariatur, ut dictum est. Ergo si scandalum est peccatum. ¶ 2. Præt. Nulli potest deinceps damnatio, nisi mortali: sed scandalum deinceps aeterno, & in illud Matt. 18. Qui scandalum de peccatis istis, qui in me credunt, peccatum incola asinaria in collo eius, & deinde profundum maris, quia ut dicit Hier. 13. est pro culpa breue recipere penam, gaudiu[m] cruciatus. ergo scandalum est peccatum. ¶ 3. Præt. Omne peccatum, quod in leuitate avertit hominem a Deo: sed scandalum in Deum. dicit enim Apol. 14. ad gentes conscientiam fratrum infractam peccatis. ergo scandalum semper est peccatum.

**S**E D C O N T R A . Inducere aliquem a uenialiter, potest esse peccatum ueniale, sed non in ratione scandalis, ergo scandalum non est peccatum ueniale.

**I**RESPONSI. Dicendum, quod sicut supra dictum scandalum importat impactionem quodcumque disponitum ad ruinam: & idem secundum quandoque quidem potest esse mortale, quasi habens impactionem tamquam aliquis ex inordinato dicto, uel facto intendit motu ueniali peccari. Quodcumque peccatum mortale, quasi habens in gradum, puta, cum aliquis ex inordinato dicto, uel facto alterius procedit usque ad peccandum, scandalum autem actuum, si sit per accidentem, quandoque quidem peccatum ueniale, uel actuum uenialis peccati, uel actuum scandali, cum aliquis levius inuiditio committit, uero est peccatum mortale, si quandoque actuum peccati mortalis, siue quandoque lumen proximi, ut si pro ea conseruante mittat aliquis facere, quod fibi liberum. scandalum actuum sit per le. puta, cum inimico realium ad peccandum mortaliter, si quidem intendit re ad peccandum mortaliter, est peccatum & similiter, si intendit inducere per accidens scandalum uenialiter per radicum peccatum, si intendit inderat in duce proximum ad peccandum mortaliter per actum peccati uenialis, est peccatum. Et per hoc patet responsio ad obiectum.

Super quæ quadra  
glossaria articu  
lum quatum, &  
fixum.

Vtrum scandalum passuum possit etiā  
in perfectos cadere.

**A**D QVINTVM sic procedit.  
Videtur, quod scandalum passuum possit etiā in perfectos cadere. Christus n. fuit maxime perfectus: sed ipse dixit Petro, Scadū mīhi es: ergo multo magis alli perfecti possunt scandalum pati.

¶ 2 Præt. Scandalum importat impedimentum aliquod, quod alicui apponitur in vita spirituali: sed et perfecti viri in processibus spiritualiis vita impediri possunt, secundum illud ad Thessal. 2. Volui-  
mus uenire ad uos, ego quidem Paulus semel & iterum, sed impediuit nos satanas: ergo etiā perfecti viri possunt scandalum pati.

¶ 3 Præt. Etiam in perfectis viris peccata uenialia in-  
ueniri possunt, secundum illud primum Ioannis 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: sed scandalum passuum non semper peccatum mortale: sed quandoque veniale, ut dictum est. ergo scandalum passuum potest in perfectis viris inueniri.

**C**ONTR. Dicendum, quod super illud Matth. 18. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, dicit Hieron. Nota, quod qui scandalizatur, parvulus est: maiores enim scandalala non recipiunt.

**R**ESPON. Dicendum, quod scandalum passuum importat quandam commotionem anima bono in eo, qui scandalum patitur. Nullus enim commo-  
natur, qui rei immobili firmiter inheret. Maiores autem, sicut perfecti, sibi Deo inherent, cuius est immutabilis bonitas: quia etiā inherent suis priuatibus, non inherent eis, nisi in quantum illi inherent Christo; secundum illud ad Corinth. 4. Imitatores mei efficiuntur & ego Christi. Vnde quantumcumque uideant alios inordinate se habere dictis, uel factis, ipsi a tua reiuidice non recedunt, secundum illud Psalm. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Et ideo in his qui perfecte Deo adhaerenter amorem, scandalum non inuenitur, secundum illud Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, \*scandalum large ponitur ibi pro quo libertas impedimento. Vnde Dominus Petro dixit, Scandalum mihi es: quia nitebatur eius propositum impec-  
cabilem.

**E**AD SECUNDVM dicendum, quod in exterioribus actibus perfecti viri possunt impediti: sed in interiori voluntate per dicta, uel facta aliorum non impeditur, quo minus tendant in Deum, secundum illud Rom. 8. Neque mors, neque uita poterit nos separare a charitate Dei.

**A**D TERTIVM dicendum, quod perfecti viri ex infinitate carnis incident interdum in aliquapec-  
cata uenialia, non autem ex aliorum dictis, uel factis scandalizantur secundum ueram scandalum rationem: sed potest esse in eis quædam approquinatio ad scandalum, secundum illud Psalm. 72. Mci pene moti sunt pedes.

Vtrum scandalum actuum possit innueniri in uiris perfectis,

**A**D SEXTVM sic procedit. Videtur, quod scandalum actuum possit innueniri in uiris perfectis. Pasio enim est effectus actionis: sed ex dictis, uel factis perfectorum aliqui passiuè scandalizantur, secundum illud Matth. 15. Scis, quia Pharisei audito hoc uerbo, scandalizati sunt: ergo in perfectis uiris potest innueniri scandalum actuum.

¶ 2 Præt. Scandalum importat in statu perfectorum erat: sed postea Gentiles scandalizauit. dicitur, n. ad Gal. 2. Cum uidilem, quod non recte ambularent ad ueritatem euangelii, dixi Cepha, id est, Petru, coram omnibus. Si tu cum Iudeus sis, gentiliter, & non iudaice uitis, quomodo Gentes cogis iudaizare? ergo scandalum actuum potest esse in uiris perfectis.

¶ 3 Præt. Scandalum actuum qñct: est peccatum ueniale: sed peccata uenialia possunt esse in uiris perfectis. ergo scandalum actuum potest esse in uiris perfectis.

**S**ED CONTRA. Plus repugnat perfectioni scandalum actuum, quam scandalum passuum: sed scandalum passuum non potest esse in uiris perfectis. et go multo minus scandalum actuum.

**R**ESPON. Dicendum, quod scandalum actuum proprium est, cum aliquis tale aliquid dicit, uel facit, qd de fe tale est, ut alterum natum sit indiscere ad rationem: qd quidem est solum illud, quod inordinate fit, uel dicitur. Ad perfectos autem pertinet, ea quæ agunt secundum regulam rationis ordinari, secundum illud ad Cor. 14. Omnia honeste, & secundum ordinem in uobis. Et præcipue hanc cautelam adhibent in his, in quibus non solum ipsi offendunt, sed etiā alii offensionem putarent. Et siquidem in eorum manifestis dictis, uel factis aliquid ab hac moderatio desit, hoc prout est ex infirmitate humana, secundum quam a perfectione deficiunt: nō tñ in tm deficiunt, ut multum ab origine rationis recedatur, sed modicū & breuerit, quod non est tam magnū, ut ex hoc rōabiliter posir ab alio sumi peccandi occasio.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod scandalum passuum semper ab aliquo actuo catulatur, sed nō tem per ab aliquo scandalum actuo alterius, sed eiudem qui scandalizatur, quia, s. ipse ipsum scandalizat.

**A**D SECVNDVM dicendum, quod Petrus pec-  
cauit quidem, & reprehensibilis fuit secundum sententiam Augustini, & ipsius Pauli, subtrahens se a Gentilibus, ut uiraret scandalum Iudeorum, quia hoc incaute aliqualiter faciebat, ita quod ex hoc Gē tiles ad fidem conuersi scandalizabantur: non tam factum Petri erat tam gravis peccatum, quod merito possent alii scandalizari. Vnde patiebantur scandalum passuum, non autem erat in Petro scandalum actuum.

**E**AD TERTIVM dicendum, quod peccata ueniali-  
tia perfectorum præcipue consistunt in subitis motibus, qui cum sint occulti, scandalizare non possunt. Si qua uero etiā in exterioribus dictis, uel factis ueniali peccata committant, tam lenia sunt, ut defec scandalizandi uitrem non habeant.

Vtrum bona spiritualia sint propter scandalum dimittenda.

**A**D SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod bona spiritualia secunda secundæ S. Thomæ.

Super quæ quadra  
materia articulatu  
septimum.

**I**N art. 7 ubi dici-  
tur de scandalis p.  
filiorum, si autem po-  
reditam ratione hu-  
ma. 14. lcc. 3.